Aſſignata geminatatōne. quare per. l. di
ſtincti ſunt pſalmi. videndum eſt quare
per tres quinquagenas. ideo. ſ. vt inſinu
etur beata trinitas. que omnia predicta
preſtat. Donat eñ ſeptiformē gratiam.
iuuat ad implendā legem. ⁊ in futuro re
munerat. Sicut cum trinitas multipli
cat. l. faciunt. c l. qui numerus omnium
pſalmorum eſt ſumma et plenitudo.

¶ Queri quoqꝫ ſolet. vtꝝ vnus ſit liber
pſalmoꝝ: an plures. Hierony. v. libros
dicit eſſe. propter. v. diſtinctōes. que fi
unt per fiat fiat. cui obuiare videtur. qđ
dicit̄ in actibus apoſtoloꝝ. ſicut ſcriptū
eſt in libro pſalmoꝝ. nō in in libris. dic̄:
ſed in libro dicit. quaſi vnus ſit liber: ñ
plures. qđ tñ ſuperiori nō repugnat. Vñ
nanqꝫ multi libri: vnus liber dicuntur
vt multe eccleſie vna. ⁊ multi celi vnum
celum. vnde ſcriptura dicit: ꝙ aque ſunt
ſupra firmamētum. i. celum. et eadem ait
⁊ aque que ſuper celos ſunt laudent. idē
ſignificans ꝑ celos et firmamētuꝫ. i. celū
Poteſt etiam dici in libro pſalmoꝝ. i. in
aliquo libro illoꝝ quinqꝫ. quod tamen ĩ
vſu locutōnis vel ñ eſt vl' raro eſt. Duo
decim etiam prophetaꝝ: vnus liber dici
tur. et omnes etiam canonice ſcripture a
quibuſdaꝫ vnus liber eſſe dicūtur. eo ꝙ
mirabili et diuina vnitate concordent.

¶ Illud quoqꝫ non vacat. ſed magna cō
ſideratione dignum videtur. Qꝫ primus
L. agit de penitentia. Secundus de mīa
et iudicio. Tercius: de laude dei. in ſan
tis eius. Iſti ſunt nāqꝫ tres ſtatus chri
ſtiane religionis. Sic eñ ad eternam: be
atamqꝫ vitam tendimus. Prius: per pe
nitentiam peccata damnamus: vocante
deo ad penitentiam. quos apud ſe in oc
culto. predeſtinauit. Inde per miſericor
diam. qua iuſtificati bene viuimus. ne
iudicium in futuro timeamus. deo vo
catos iuſtificante. Hic per miſericordiā
et timorem iudicij. in quo iudicio de ci
uitate domini diſperdentur omnes qui
operantur iniquitatem. tandem ad vitā
glorificati intramus. vbi deum ſine fine
laudamus. Ad hoc etiam pertinet. i. ad
hoſ. tres. ſtatus deſignādos. Quod dñs
ait in euangelio. Ecce eijcio demonia. ⁊
ſanitates perfici. hodie: et cras. ⁊ tcia die
ↄſummor. Demonia eijcit: cū nos per pe
nitentiā a peccatis ſoluit. Sanitates ꝑfi
cit. cum per miſericordiam viuere facit.
In futuro conſummabitur: cum nos co
ronabit. quos ſtatus etiam in ſua paſſio
ne. et dormitione. ⁊ vigilatione oſtendit
In cruce patiendo: de diabolo triūpha
uit. In ſepulchro quieuit. et in reſurre
ctione exultauit. Ita et nos. penitentia q̄
diabolum vincimus: cruciat. Iuſticia: q̄
a malis quieſcimus: tranquillat. vita e
terna vbi videtur deus ſicut eſt: glorifi
cat: atqꝫ iocundat. Penitētie igitur vox
eſt. Miſerere mei deus. Iuſticie vox eſt.
Miſericordiam ⁊ iudicium cantabo tibi
domine. vite eterne vox eſt. Omnis ſpiri
tus laudet dominum.

¶ Gloſſa magiſtralis: in librum hym
norum dauid. Petri lombardi: Magi
ſtri ſententiaꝝ: explicit foeliciter. Inſcul
pta Nueremberge oppido Germanie ce
lebratiſſimo. ductu Andree friſner ď wū
ſidel. Artium liberaliū magiſtri. ⁊ Joan
nis Senſenſchmid. Ciuis nurembergen
ſis. Anno dñi. Milleſimo quadringente
ſimo ſeptuageſimooctauo. die vo febru
arij duodecimo.

Laus deo glorioſiſſimo.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=84-3-theol-2-f-00001 DFG